



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

10 Potest autem Episcopus Regulares huiusmodi delinquentes circa curam animarum, & Sacramentorum administratione etiam censuris ecclesiasticis punire etiam extra visitationem ex constitutione Greg. XV. incip. Inscrutabili.

**S V M M A R I V M.**

- 1 Regulares ad publicas processiones non accedentes ab Episcopo puniri possunt etiam censuris, & alijs penis.
- 2 Item Sacerdotes seruientes Ecclesijs Equitum Hierosolymitanorum ad easdem processiones accedere debent.
- 3 Quae dicantur publicae processiones.
- 4 Quando Regulares non teneantur ad dictas processiones accedere.
- 5 Controuersa, qua in processibus oriri solent, ab Episcopo dirimuntur.

**C A P. XVII.**

An Regulares ad publicas processiones non accedentes puniri possint ab Episcopo.

**I** Xempti omnes tam Clerici Saeculares, quam Regulares quicumque etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere tenentur, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetud

viuant ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regulo. cap. 13. alias ab Episcopo puniri possunt censuris, & alijs arbitrarijs penis, ut resoluisset Sac. Congreg. teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 210. Comed. pp. 99. canon. q. 26. num. 16. Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 78. n. 25.

2 Item Sacerdotes seruientes in Ecclesijs Equitum Hierosolimitanorum ad huiusmodi processiones accedere debent, ut censuit Sac. Congreg. teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. num. 9. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 78. num. 1. Zerol. x. p. in ver. processiones vers. ad secundum, vbi etiam dicit, quod processiones publicae dicuntur, in quibus adest Praelatus: alij vero sentiunt, publicas processiones esse, quae fiunt in festo Corporis Christi, in litanijs maioribus, vt in festo S. Marci, & in minoribus, vt in triduo antecedente Ascensionem Domini: vel quae indicuntur pro bono publico, vt imminente peste, vel alio flagello, vel in aduentu noui Episcopi, & quae fieri debent a Capitulo, & Clero sede vacante pro bono Pastore impetrando, ita Vulp. d. cap. 42. num. 9. & alij apud Barbof. loco cit. d. all. 78. num. 2. vbi etiam ad id refert decretum Sacrae Congregationis.

4 Regulares vero, quorum Conuentus per dimidium milliarem distat a Ciuitate, non tenentur accedere ad processiones, neque ad id compelli possunt, ut declarauit Sac. Congregatio apud Lenzan. in Summ. qq. Reg. 10. l. cap. 9. nu. 47. Vulp. d. cap. 42. n. 8. Barbof. d. par.